

Et qui exiguum habet non minuit. quia non multum est quod pauperem facit. Similiter ergo et ille pauper qui confert spiritualia pro pecuniariis et si plurimum habet gratiae. non habundat. Non enim onerat gratia. sed alleuat mentem. Sed etiam sic potest intelligi. Non habundas o homo. quantum est enim quod accepisti. et si tibi multum est. Johannes quo nemo maior est in natos mulierum. Inferior tamen erat eo qui minor est in regno celorum. Potest et sic. Non habundat dei gratia corporaliter quia spiritualis est. Quis eius potest aut magnitudinem aut latitudinem comprehendere. quam non videt. fides si fuerit sicut genus sinapis. montes transferre potest. et non tibi datur ultra granum sinapis. Si habundet in te gratia. non est verendum ne mens tua tanto munere incipiat extolli. quia multi sunt. qui ab altitudine cordis sui gravius corruerunt. quam si nullam habuissent domini gratiam. Et qui parum habet non minuit. quia non est corporeum ut dividatur. Et quod parum videtur habenti plurimum est. cui nichil deest.

¶ Quod senibus ac debilibus a nobis sua tribuentibus si egeat plerumque sit offerendum

Et de eo quod salomō dicit si sedēs cenae ad mensam

Consideranda ¶ ¶ sam potentis Capi. 31. enim in largiendo etas atque debilitas. Nonnunquam etiam verecundia quam ingenuos